

PARS SPECIALIS. III

tionem. Optimæ in hunc finem sunt *Julii Pacii à Beriga Analyses*, nuper in Belgio auctiores recusæ Nos specimen tituli cōtracti dabimus tum ex Digestis & Codice, tum ex Novellis. Talis titulorum summa omnium maximè necessaria est in Codice & Novellis, in quibus Constitutiones à sequioribus Imperatoribus confectæ: nam garrulitate, longis procœmiis, & nescio quibus Rhetoricationibus Lectorem non detinent modo, sed & confundunt.

s. 56. Ex Digestis placuit tit. 3. lib. 3. de Procuratoribus & Defensoribus diffusus per Leges 78. brevissimo sermonis genere scriptus. Nos tamen Universalia abstrahendo sic contraximus, ut omnes tituli Leges ex nostris regulis licet derivare. PROCURATOR est, qui alterius consentientis negotia administrare consensit. In primis autem h. I. sermo erit de Judiciali. *Dare eum potest*, cui suis rebus præesse jure licet l. 8. 33. 3 s. I. l. 43. s. I. *Dari, qui non prohibetur*